



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Bassa Cvm FF. MM. 21. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

21 Aug. VITA SANCTORVM 407
do, ut cerrantibus his stipem auferre, barba etiam
regis spolium manibus appetentium cederet. Et
hoc ipsum conquestus familiariter VIRGINI STEPHANVS
fertur, durius ab ejus militibus se accepit, quam ab hostibus sperare potuisset. Sed
plumbeum ille amitteret, qui liberalem manum
multis annis à morte integrum orbi ostendit.
Hanc obiit ipso VIRGINIS assumptæ die. Huic
moriturus unicè iterum se regnumque commen-
davit. Felices Vngari, si testamenti STEPHANI
meminerunt. Ex Surio.

Si est ascendendi ad superna possiblitas, si est
facultas vivendi in caelstibus; quare non celo mu-
tamus terram? quare non eaducis emimus eternas
quare non peritris manentia comparamus? S. Pet.
Chrysost. serm. 124.

S. BASSA CVM FF. MM. 21. Augustio

BASSA non tam tergeminio filiorum partus
quam morte felix vixit sub ea tempora, qui-
bus Maximiani ferro longè plurimi Martyres vi-
erunt, dæmonum sacrificulo, hoc est, agna lupo
iuncta. Sed & filij matrem vulnu, non patrem re-
tulerunt, utpote omnes Christiani. Eam ob rem
maini jus iniquissimum rapti, accusante ipso filios
patre, & uxorem marito damnante. Primum ex
equuleo pendere viderunt cæli & laudarunt
THEOGNIVM membris lacerum, animo integer-
imum. Alterum AGAPIVUM virgine non puerum,
sed virum probarunt & sine cute jam suâ fortio-
rem quam in alienis exuviis Herculem. Alia item
tormenta tertium fratrem sanè Germanum pro-
baverunt. Omnes igitur eodem gladio cæsi, eadem
palma coronati: ad quem nuncium BASSA plus
ali.

aliquanto exsiliit gaudio , quām si uno die viciſſe omnes in Olympicis audiiffset. Interea hanc carcerem , & fame vexatam Angeli cibo ſuo recrearunt, ut ſuum terræ jam minime invideret BASSA. E carceribus ubi prodiit , ignem , aquas , lapidarium manus , & Deos ipſos humi dejectos femina triumphavit. Triumphum ſplendidiorē feræ immixtæ reddiderunt , quas circurare virtus potuit , non tyrannum , qui toto mari obruere triumphum BASSA voluit. Sed in fluctus abjectam matrem glorioli ē cœlo filii naviculâ excepere & ad portum incolamē deduxere. Verū illa potius celeſte litus ſpectabat. Atque ad hoc oſtidio pōt; etiā cruribus fractis & ſine capite , enatavit tamen per ſanguinem ſuum. Ex Men.

Subducti terris Speculemur calum, ut ducant ſignorum caelatum , gubernante Christo, flante ſpiritu sancto, evictis voluptatum ſpumis , ſuperatū vitiorum fluctibus, atque omnium delictorum navfragiis evitatis, lucrum vite & gaudia Reſumtionis intremus. S. Pet. Chrys. ſerm. 8.

S. SYMPHORIANVS M. 22. Aug.

Anno post Deum hominem CC.XXIII. SYMPHORIANVS juventutis Augustoduni in Galilâ princeps, quod cultum Diis negafſet , juffu Heraclii , qui pro Valeriano illic furebat , in vinculis est abreptus , ſed quæ ille digna nobilitate Christianâ monilia putavit. Pugnabat in fortissimum juvenem geminâ acie tyrannus : hinc agmen. mæ, verbera, flagra , illinc blanditiæ , munera et promissa ducebant : perrupit tamen martyrum utrumque cornu , & illud constantiā , hoc etiam zisu vicit fuditque. Sed victorem pefſimus iudeo